



Occasionalia VI-183
potissimum Carmina
vol. 25
P-V

VI-183-

MATERIA (a) VIRTVTIS
HOSTIBVS COLLECTA
ILLVSTRI AC MAGNIFICO
VIRO
BVRCARDO GOTTHELF
STRUVIO

ICTO CELEBRATISSIMI NOMINIS

SERENISSIMORVM SAXONIAE DVCVM ERNESTINAE
PROSAPIAE CONSILIARIO, SERENISSIMO MARGGRAVIO
BRANDENBVRGO-CVLMBACENSI A CONSILII AVLICIS
DVCALI HISTORICO, IVRIS ET HISTORIARVM PRO-
FESSORI PVBLICO GRAVISSIMO

QVVM

FASCES ACADEMIAE SALANAE
AVSPICATO

ET

BONORVM CVM PLAVSV

POSVISSET

SVBMISSO PIETATIS CVLTV

DICATA

A

S.

(a) Conf. LIVIVS L.VIII. c. III.

LENAE, LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.



PEREAT STRUVIVS! HE

Per Anagr. omisso h

EST VIVUS PATER RE



Ah! excita tace stygiis male fedibus,
orci

Turba, cuique oris tanta nefanda
doma!

Cedite! queis suasit furor atque immitis
Erinnys

Tentare imperium & sidera summa Iouis

Cedite! præsentis cœci proh atque futuri,

Num vos præcipites dira libido dedit?

STRUVIVS in commune VIGIL vestræque Saluti

Prospiciens tantis tangitur haut Furiis.

Hunc virtutis honos, proprium meritumque coronat,

Sceptra est dignus seque suosque regens.

Iustitia & gravitas, candor, doctrina fidelis

Quî tanto poterant tam nocuisse Viro?

Vos, Vos degeneres animæ & rescindere iussa
 Nati, quæis Vobis consuluere Patres,
 An præcepta potest STRUVI quis dura vocare,
 Qui scite partes conciliantis agit? (a)
 Quem nec lux decoris mouet, aut non fulgur Honesti
 Hunc merito pauidum pœna mouere solet.
 Qui decimis subducit aquis ventisque carinam
 Imperioque præest, præmia tetra manent.
 Luce bona, bona verba sonent: Sed qualis in aura
 Vibratur Plausus? STRUVIVS HE! PEREAT!
 Sic, agitata malis, pia mens indigna tacendo
 Exsuperat, spernens corda sepulta in ero.
 O Iuuenis, Iuuenis! certas illudere PATRI,
 Quem pietas rarum iam superesse finit?
 Qui studio & meritis præluxit millibus vnus
 (Horresco referens) est tibi ludibrio:
 Quem Latium PATREM fama Graiique salutant,
 Ruta virens cuius patria dicta bibit.
 Quemque fides, pietas, animi constantia, munus
 In PATRIS suadent cuilibet esse loco.
 Quocum luxuriat patriæ ceu pignore tellus,
 Extera gens quæuis quem cupit esse suum.
 Hunc inflata iubent indigna morte perire
 Pectora, nec cupiunt forte bonisque frui.

(a) Laudatur in hoc BENEDICTVS CARPZOVIUS itemque HVSVS
 a SEYFRIEDO, vbi fuerit ProRector Pragensis.

Dum tantum Decus exsecras nostrum, cave, ne plus
Ipse Tibi noceas, cum perit ille Tibi.
Obstupere boni, nec talia verba probarunt,
Quæ LAETVM tulerunt dein ANAGRAMMA mihi.
VIVAT! qui, digna Musarum morte venenum,
Barbariem mactat, cuique cadit ruditas.
STET VIVVS! qui Re quod nomine spondet,
Qui Musas vlnis implicuit PATRIIS.
STET VIVVS! Patres & quem venerantur honore
Conscripti prono dignaque vota beant.
STET VIVVS! Pietas in quo penetrale locavit,
Virtutes habitant stemmatis atque Decus.
Longe discedat quisquis vult esse disertus
Histrio in opprobrium stultitiæ propria.



Ang. II 183

KD 18
KD 17

137

MATERIA (a) VIRTVTIS

IBVS COLLECTA

STRI AC MAGNIFICO

VIRO

DO GOTTHELF
TRUVIO

ELEBRATISSIMI NOMINIS

SAXONIAE DVCVM ERNESTINAE
IARIO, SERENISSIMO MARGGRAVIO
CVLMBACENSI A CONSILIIIS AVLICIS
LICO, IVRIS ET HISTORIARVM PRO-
RI PVBLICO GRAVISSIMO

QVVM

ACADEMIAE SALANAE

AVSPICATO

ET

ONORVM CVM PLAVSV

POSVISSET

MISSO PIETATIS CVLTV

DICATA

A

S.

viii. c. iii.

LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.

